Copia literarum principis Turcorum ad Regem Ferdinandum

Mahumeth dei gratia Turchie grecieque Imperator etc. Serenissimo et Illustrissimo domino Ferdinando
Regi Sicilie etc. Amico et tanquam filio Carissimo salutem / Scito frater victoriam nostram amicis nostris
consuetudo nostra est. Ideo quia scimus d. v. gaudere de victoriis nostris. Mittimus vnum
cum nostrum Charodinum / ad referendum maiestati vestre de preda Insule nigropontis / cui aliqua
commisimus vt referat d. v. cui fidem dare placeat / Datum Nigropontis XX lune Machartum
Anno domini etc. LXX

Responsio eiusdem Regis Ferdinandi etc.

Serenissimo et Illustrissimo domino Mahumeth Magno Imperatori Turchie etc. Ferdinandus dei gratia
Rex Sicilie Jerusalem et Hungarie Salutem / Accepimus Serenitatis vestre literas quas ad
nos misit cum suis legato ac muneribus per quas nunciat nobis expugnationem Nigro-
pontis et de ea nobiscum congratulatur / quod ad legatum et munera attinet nos ea nobis ingrata
fuerunt et cum cum superioribus annis significatum nobis esset / subditos nostros a vestra Sere-
nitate bene tractari Nosque per oratores suos visitasset / non indecorum visum fuit ad eandem
pro ~~patrem~~ legatum nostrum mittere / et ad amicitiam tuis cum eadem servare / quod salua nostra
dignitate et fide fieri posset Verum cum vestra Serenitas bellum gerat contra Christianos / et maxime
contra Venetos amicos nostros summosque benivolos nobis coniunctos / nec possumus non solum
cum eadem Serenitate vestra amicitiam servare Sed decrevimus et Regem christianum decet totis
viribus eam offendere / vt equum est pro servanda fide / pro servanda amicitia / servandaque sanc-
tissima Religione / cuius Regis nomen dedimus / qui nunquam tirannos mar amplexatos veretis //
nec ergo Serenitas vestra persuadere debet nos defensuros Christiane religionem / cuius semper observa-
tissimi / aut Venetorum amicitiam quos vnice diligimus / Mirari itaque cogimur / quod Sere-
nitas vestra nobis congratuletur de expugnatione Nigropontis / que nobis molestissima fuit
Datum in Castello novo Civitatis nostre Neapolis die quarta Septembris Ao. 70

Reverendissime in Christo pater Explevit tandem prout ex hanc parte et aliunde ad nos allatum est Inhuma-
nissimus fidei et Religionis nostre hostis Turcus incredibilem suam sitim et immodera-
tam libidinem potiunde Insule et vrbis nostre Nigropontis / Audivistis credimus quo furo-
re quo impetu quibus viribus terra ac mari aggressus est vrbem illam / Deinde vt fertur
post continuam et acrem oppugnationem / nec eius die nocteque remissa est per mensem
oppugnatores deiectis membris in tormentum / duodecimo Julii devicit et expugnavit
eam / Vsus est sanguinarius hostis omni crudelitatis genere in omnes quos obvios tam arma
tos quam iuvenes / res certe auditu nefanda et lacrimabilis / ita digna que Christianos
omnes principes excitet et erigat ad vlcionem et vindictam / atque ad defensionem Christiani
nominis et sanguinis / Iam ergo inquietissimus hostis aperuit aditum / reseravit claustra / am-
plum gradum fecit perdende rei Christiane Erat olim potentissimus et formidolosus / nunc
autem multo potencior et formidolosior erit / quando terra et mari spandere et penetrare
quocunque libido incesserit pro eius oportunitate est insula ipsa Euboea ut potentissimam
continere classem et educere et evagareque pro libito valeat / non Insula non por-